

eiheft.

S. 6

1296 Nov. 10. Johann Herr von Salm verpfändet die Villa Salsur
(Saulxures an der Breusch) an die Herren von Andlau. [15]

Datum per copiam. Nos Johannes dominus de Salmis notum facimus
universis presentes litteras inspecturis, quod nos viris nobilibus Henrico et
Eberhardo fratribus militibus de Andelahe seu heredibus eorum villam nostram
Salsur sitam in Bruscha valle (Breuschthal) locavimus et obligavimus pro octo
libris den[ariorum] argenti quolibet anno continue subsequenti festo beati
Marci recipien[tes] ex parte cuiusdam obligacionis, prout apud eosdem

fratres nomine episcopi Metensis pro centum et viginti libris Turon[ensium]
minorum fuimus obligati, ita tamen, quod dictam villam Salsur tenere debent
tali modo et forma, quo vel qua villam nostram Chanpenois (Champenois)
tenent a nobis, donec dictis fratribus vel eorum heredibus de predictis centum
et viginti libris a dicto episcopo Metensi vel cuilibet (?) fuerit satisfactum;
qua satisfactione facta dicta villa nostra Salsur ad nos libere revertetur. In
cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum
anno Domini millesimo CC^o nonagesimo sexto in vigilia beati Martini yge-
malis (!); in quorum testimonium ego Petrus miles dominus de Andelahe
sigillum meum appendi ad presentes una cum sigillo domini Johannis archi-
presbiteri de Valle Andelacensi.

Gleichzeitige Kopie auf Perg. 2 Siegel ab; Sade 113, 13.